



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita R. P. Ioannis Francisci Regis, è Societate Iesv**

**La Broue, Claude de**

**Coloniæ, 1660**

Præfatio Avthoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45172**

## PRÆFATIO AVTHORIS.

**A** Qui boni consule, Lector, Vitam à me tibi offerri illius, cui ipse debeo meam. Dum in id opus incumbo, restituo quodam modo R. P. Ioanni Francisco Regis, id quod ab eo accepi: nec dignus sum qui vivam ad momentum, nisi vitam meam illius memoria in secula propaganda impendero. Nec verò tam mihi fortunatus videor, quod illius beneficio vivo, quam quod vivo illius decori: ac quantum eunque illi debeam, quod ejus apud Deum meritis revaluitum, cum naturalia iudicia omnia conclamata vitam meam pronuntiabant; non tamen me minus illi debere arbitror illo altero nomine, quod vitâ illius beneficio prorogatâ, donatum mihi est, unde illius Vitam in perpetuum in mortalium mentibus & memoriâ conservare possim. Ceterum, multò magis me delectat voti eâ de re concepti reum esse, quam quidquid me ad id aggrediendum impulit: ut si nihil aliud me moveret, ipsa tamen grati animi significatio plurimum ad me incitandum valitura fuerit. Nimiram quo tempore dissolvo tanquam es alienum illud, eodem es alienum suscipere mihi videor: ac longè mihi potius esse debet, exemplar tam sanctæ Vitæ Venerabilis

*S.* bilis Servi Dei tradere posteris, quàm annos aliquot  
*me* addi ad vitam meam, itam parum utilem. Accipe  
*m.* igitur, Lector, quisquis es, Historiam hancce, tan-  
*io-* quam coeleste quoddam prodigium potius, quam  
*id* tanquam fructum laboris mei: atque gratias age  
*ad* Domino Deo eo nomine, quod ad decus Servi sui  
*in* illustrandum, prodendaque facta miranda, il-  
*ibi* lias operâ uti voluit, qui ipse in se expertus sit rem  
*um* illustrem in paucis, ex iis quæ item plurima post  
*le-* ejusdem è vitâ mortali discessum evenerunt. Qua-  
*m,* rum quidem rerum prioris generis, hoc est, earum  
*ri-* quæ tum contigerunt, cum is adhuc mortalis inter  
*ri-* mortales agebat, si non nisi minimam partem at-  
*od* tingo, singularem illius modestiam in usâ, quæ alias  
*st,* subduxit oculis nostris: ac si quid ipse nosti quod  
*m* me fugerit, vehementer a te peto illud mihi im-  
*e-* pertias, quò locum in secundâ editione inveniat.  
*n-* Nec verò in eo immoror, ut ea excussem quæ in hac  
*li-* Vitâ scribendâ peccavi: ingeniosiorum, videlicet,  
*sa* charitatem tuam spero fore in iis dissimulandis,  
*ne* quàm stylus meus in propugnandis esse queat.  
*n-* Vnum illud à te peto, ne mirere si non semper tem-  
*es* pus locumque designo eorum quæ hic narrantur:  
*o-* duorum enim alterum id efficit, vel quod quan-  
*a-* tamcunque diligentiam in exquirendo adhibere  
*lis* potuerim, rescire tamen ipse non potui; vel quod

minimè duxi id esse necessarium. ne, videlicet, eadem sæpiusculè iterarentur: quæ enim gesta ab eo sunt vno eodemque in genere, gesta sunt variis & locis & temporibus. Atque ea causa est, cur Plutarchus, quem sequi tutò possit quisquis ad Illustrium Virorum Vitam scribendam animum appellit, non semper pareat ei legi Historiæ, quæ adjuncta locorum & temporum prætermitti vetat: quæ ut non me fugit tanquam oculos ejusdem Historiæ esse, sic illud astruo, pro monstro habitum iri Historiam eam, quæ tota constaret oculis. Superest ut Decreto Sanctissimi Domini nostri Urbani VIII pariturus, antequam ad argumentum aggrediar profitear, contesterque, non esse consilii mei, plus fidei haberi, à quoquam iis quæ à me scribentur, quam quod debetur vel veraci Historico, vel authoritati sinceritatisque eorum, à quibus quæ scribo accepi.

FACVL-